

DE EUCHARISTIA.

40. In evangelio Ioannis (6: 51-59) promisit Christus se daturum corpus et sanguinem suum in verum cibum et in verum potum.
41. In ultima caena Christus testatus est se suum ipsius corpus ac suum sanguinem apostolis praebere.
42. Doctrina de reali Christi praesentia in Eucharistia constat ex Patrum testimoniis.
43. Ex verbis institutionis eruitur conversionem fieri totius substantiae panis in substantiam corporis Domini nostri Iesu Christi et totius substantiae vini in substantiam sanguinis Balthazari dominici. - S.Th., 3, 75, 2-8.
44. Eucharistica conversio Patrum testimonio comprobatur.
45. Post consecrationem eucharisticam accidentia panis et vini realia et individualiter eadem remanent sine ullo subiecto substantiali. - S. Th., 3, 77, 1 ss.
46. Totus Christus sub unaquaque specie continetur et sub singulis cuiusque speciei partibus, non solum separatione facta, sed etiam ante separationem. - S. Th., 3, 76, 1-3.
47. In missa offertur Deo verum et proprium sacrificium, non tantum laeuiticum et eucharisticum, sed etiam impetratorium et propitiatorium pro vivis et defunctis. - S. Th., 3, 75, 1; 83, 1; 2-2, 85.
48. Missae sacrificium essentialiter in sola utriusque speciei consecratione consistit. - S. Th., ~~3, 79, 7~~ 3, 79, 7; 83, 1 et 4.
49. Eucharistia est verum sacramentum novae legis, permanens, materialiter plura sed formaliter et perfective unum. - S. Th., 3, 73, 1 et 2.
50. Sumi voluit Christus sacramentum eucharistiae tamquam spirituale animarum alimentum quo ad ipsum adunamur et ad corpus eius mysticum; pignus praeterea id esse voluit futurae nostrae felicitatis et corporis resurrectionis. - S. Th., 3, 79.